



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 86. Stephani Batorii Poloniæ Regis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

tham  
uibus  
cum  
unde  
orpus  
e in  
allius  
per-  
terat  
rmif-  
n ri-  
cotia  
tiam  
affla-  
de-  
ocu-  
nglia  
con-  
pe-  
sed  
om-  
dem  
sub-  
est-  
bus  
uge-  
slet,  
quæ  
fide  
que  
que  
ent,

vellent, sese recipere valerent. Porro **Sæcul. XVI.**  
num hæc epistola Elisabethæ fuerit tra- **A.C. 1586.**

Evidem Jacobus Scotiæ Rex Ma-  
riæ Stuartæ Filius, necnon Pomponius  
Belleureus Franciæ Regis Orator apud  
Anglos nullum non movebant lapidem,  
ut iniqua hæc sententia in hanc Regi-  
nam pronuntiata revocaretur: verum  
Elisabetha ferme semper verbis ad frau-  
dem, & simulationem compositis offi-  
ciose respondit, re tamen ipsa hujus  
judicii executionem urgebat.

§. LXXXVI.

*Stephani Batorii Poloniæ Regis  
obitus.*

Cum interim hæc in Anglia gereren- **Spond. hoc**  
tur, Stephanus Batorius Poloniæ **ann. n. 15.**  
Rex die decima tertia Decembris Grod- **Neugabav.**  
næ sine posteris decessit. Hic idem **in hist. Polon.**  
primo Transylvaniæ Princeps anno au-  
tem Christi millesimo quingentesimo se-  
ptuagesimo sexto, postquam Henricus II.  
hujus Regni diadema Carolo IX. Fratri  
suo in Galliis successorus dimiserat, ad  
Poloniæ solium evehebatur, cuius Re-  
gni auspicia oppido fuere prospera;  
nam Moscovitæ, quos bello invaserat,  
eidem Livoniam cedere cogebantur,  
aliæ vero Provinciæ ab eodem Rege  
occupatæ pacis conditiones ad Victo-

D d 5 . . . . ris

**Sæcul. XVI.** ris arbitrium acceptare compulsae fuerunt. Ceterum Neugebaverus descripta hujus Regis morte Historiam suam de Poloniæ Regno absolverat.

## §. LXXXVII.

*Otto Cardinales a Sixto V. Papa creati.*

**Ciac. tom. 4.** **H**oc item anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo sexto Sixtus V. Papa tertia jam vice octo Præfules Romana Purpura decorabat, atque inter eos quinque Presbyteros, tresque Diaconos creabat, ex quibus primus erat Hieronymus de Rouvere Pedemontanus Taurinensis Archiepiscopus multis Legationibus oppido clarus, qui Presbyter titulo sancti Petri ad Vincula nominabatur. II. Philippus Lenoncurtius natione Gallus primo Episcopus Catalaunensis, postea Antiodorensis Præful, ac demum Rhenensis Archiepiscopus, pariterque Ordinis sancti Spiritus Eques, ac Cardinalis Presbyter tit. sancti Onuphrii. III. Hieronymus Bernerius Longobardus, ac Theologus ex Ordine Fratrum Prædicatorum, postea Asculanus Episcopus, ac Cardinalis Presbyter primo tituli sancti Thomæ, dein vero sanctæ Mariæ supra Minervam, & demum sancti Laurentii in Lucina, atque Portuensis